UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XLI. Quòd inter haec Synodum Tyri haberi constituit ob quasdam in Aegypto controversias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

Caput XLI.

Quòd inter hæc Synodum Tyri haberi conſtituit ob quaſdam in Ægypto controverſias.

VErùm invidus dæmon bonorum omnium inimicus, inſtar denſiſſimæ cujuſdam nubis ſplendidiſſimis Solis radiis ſeſe opponentis, hujus celebritatis nitorem turbare conatus eſt; Eccleſiarum Ægypti ſtatum contentionibus ſuis iterum concutiens. Sedenim Deo carus Imperator collectam rurſus plurimorum Antiſtitum Synodum, velut divinum quendam exercitum in prœlium educens, malevolo dæmoni objecit: Epiſcopis ex univerſa Ægypto, & Libya, Aſia item & Europa convenire juſſis; primùm quidem ad dirimendam controverſiam; exinde verò ad ſupradicti Martyrii dedicationem. Proinde mandavit iis ut obiter in civitate quę totius Phœnices caput eſt, controverſias diſſolverent. Neque enim fas eſſe, ut cum mutua animorum diſſenſione ad divinum cultum accederent: cùm divina lex vetet, ne diſſentientes, antequam compoſitis inter ſe controverſiis pacem atque amicitiam pepigerint, dona ſua offerant Deo. Hæc ſalutaria Servatoris noſtri documenta Imperator aſſidua cogitatione volvens, cum omni animorum conſenſione & concordia propoſitum opus aggredi monuit, per literas quæ ſic ſe habent:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ.

Ὅτι διὰ τὰ κατ' Αἴγυπτον ζητήματα σύνοδον ἐν Τύρῳ μεταξὺ γενέσθαι προσέταξεν.

Μισόκαλος δὲ κἀν τούτῳ φθόνος, οἷά τι σκότιον νέφος τηλαυγεστάταις ἡλίου μαρμαρυγαῖς ὑπαντήσας, τὸ φαιδρὸν τῆς πανηγύρεως θορυβεῖν ἐπειρᾶτο, τὰς κατ' Αἴγυπτον ἐκκλησίας αὖθις, ταῖς αὐτοῦ ταράττων ἐρεσχελίαις. ἀλλ' ὅ γε τῷ Θεῷ μεμελημένος σύνοδον αὖθις πλείστων Ἐπισκόπων οἷά τι Θεοῦ στρατόπεδον καθοπλίσας, ἀντιπαρέταττε τῷ βασκάνῳ δαίμονι. ἐξ ἁπάσης Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης σπεύδειν προστάξας, τὰ μὲν ἐπὶ τὴν τῆς διαμάχης λύσιν. ἐπὶ δὲ τὴν ἀφιέρωσιν τοῦ προλεχθέντος νεὼ ποιήσασθαι διακελευσάμενος· ὁδοῦ δὴ πάρεργον ἐπὶ τῆς Φοινίκων μητροπόλεως προστεταχὼς λύσασθαι τὰς ἐρεσχελίας· μὴ γὰρ ἐξεῖναι τοὺς τὰς γνώμας διῃρημένους, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ παρεῖναι λατρείαν. θείου νόμου διαγορεύοντος, μὴ πρότερον τὰ δῶρα προσφέρειν τοὺς ἐν διαφορᾷ τυγχάνοντας, ἢ φιλίαν ἀσπασαμένους τὰ πρὸς ἀλλήλους εἰρηνικῶς διατεθῆναι. ταῦτα βασιλεὺς τὰ σωτήρια παραγγέλματα τῇ αὐτὸς διανοίᾳ ζωπυρῶν, σὺν ὁμονοίᾳ καὶ συμφωνίᾳ τῇ πάσῃ ἔχεσθαι τῶν προκειμένων διὰ γραφῆς οὕτως ἐχούσης ἐδήλου.

Caput XLII.

Epiſtola Conſtantini ad Synodum Tyri congregatam.

Victor Conſtantinus Max. Auguſtus, ſanctæ Synodo congregatæ in urbe Tyro.

COngruum planè & proſperitati temporum noſtrorum conſentaneum erat, ut Eccleſia Catholica expers ſeditionis eſſet, & Chriſti famuli ab omni nunc probro vacui eſſent ac liberi. Sed quoniam nonnulli improbæ contentionis ſtimulis agitati, ne dicam vitam profeſſione ſua indignam agentes, cuncta turbare conantur; quod malum quavis calamitate gravius mihi videtur: idcircò vos ſponte, ut ajunt, currentes adhortor, ut abſque ulla dilatione in unum coeuntes, Synodum conſtituatis; & ope veſtra indigentibus ſubveniatis; fratribus periclitantibus medicinam adhibea-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ.

Κωνσταντίνου πρὸς τὴν ἐν Τύρῳ σύνοδον.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος Μέγιστος Σεβαστὸς ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ Τύρον.

ΗΝ μὲν ἴσως ἀκόλουθον καὶ τῇ τῶν καιρῶν εὐκαιρίᾳ μάλιστα πρέπον, ἀστασίαστον τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ πάσης λοιδορίας τοὺς τοῦ Χριστοῦ νῦν ἀπηλλάχθαι θεράποντας· ἐπεὶ δ' οὐχ ὑγιοῦς φιλονεικίας οἴστρῳ τινὲς ἐλαυνόμενοι. οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι βιοῦντες ἑαυτῶν ἀξίως. τὰ πάντα συγχέειν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κεχωρηκέναι μοι δοκεῖ. τούτου χάριν θέοντας ὑμᾶς τὸ δὴ λεγόμενον, προτρέπομαι χωρίς τινος ὑπερθέσεως εἰς ταὐτὸν συνδραμεῖν, πληρῶσαι τὴν σύνοδον. ἐπαμῦναι τοῖς χρῄζουσι βοηθείας. τοὺς ἀδελφοὺς ἰάσα